

carne ambulem? Jac. i. Vir duplex animo etc. Exposita
 eorum accusatione consequenter excusat se dicens. Fidelis aut
 deus etc. et circa hoc duo facit. Primo insinuat se non fuisse me-
 titum. Secundo ostendit modum quo non fuit mentitus ibi. (Qui
 autem confirmat etc.) Quod autem non fuerit mentitus excusat se du-
 pliciter. scilicet ex consuetudine: et ex causa. Ex consuetudine quod
 debet credi quod aliquis de facili mentiat: quod nunquam iuentus est
 mendax. et secundum hanc expositionem fidelis deus etc. accipit in
 vi iuramenti: quasi testis sit mihi deus: quod sermo meus: scilicet
 predicationis quod fuit apud vos non est in illo est et non in illo est
 in illo falsitas. Deinde. 32. Deo fidelis et absque vlla etc. Si
 autem sumus fidelis deus etc. per veritatem diuine promissionis tunc
 est sensus. Fidelis est deus. id est. seruatur promissa sua. promiserat
 autem mittere ad vos predicatores veritatis. Iere. 3. Dabo vo-
 bis pastores iuxta cor etc. Et ideo cum sum missus ab eo sermo
 noster quod fuit etc. sicut supra. Ex causa excusat se cum dicit. Dei. n.
 filius. et huiusmodi. motiua et efficiens ibi. (Qui autem confir-
 mat etc.) Causa autem motiua ad non mentiendum est: quod quod assumit
 aliquod officium naturaliter mouet ad ea que congruunt illi officio: et non
 ad contraria. Sed stat quod officium applicum est predicare veri-
 tatem. Non ergo mouet ad contrarium veritatis quod est men-
 tiri. Et circa hoc tria facit. Primo probat veritatem dicti sui
 per dictum christi. Secundo veritatem christi per deum dei ibi. (Quotquot
 autem etc.) Tertio concludit suum propositum ibi. (Iohannes et ipse etc.)
 Dicit ergo. Primo dico quod dicta nostra debent reputari vera et vera
 sunt: quod predicauimus christum in quo non fuit aliqua falsitas: et
 hoc est quod dicit. Dei. n. filius christus quod est predicatus per nos iuo-
 bis: per me. scilicet principaliter et filium secundario. Iste est sylas de
 quo habet Act. 18. et Timotheus de quo supra. Iste. n. duo
 fuerunt cum apostolo qui primo conuertit eos. In illo. scilicet filio dei non
 fuit est et non in falsitas. vel non fecit quod non uenit. Sed fuit in
 illo est. id est. veritas: nam veritas et ens conuertuntur. Ioh. 14. Ego sum
 via veritas et vita. Sed quod posset videri dubium hoc quod dicit
 quod in christo non fuit falsitas. ideo statim probat subdistinguit. Quotquot
 autem etc. et probat hoc modo. Constat quod in illo quod est manifestati-
 num diuine veritatis non potest esse falsitas: filius dei venit ad
 manifestandum diuinam veritatem in promissionibus a deo factis
 complendis per ipsum. ergo in ipso non est falsitas. Et hoc est quod dicit.
 Non est in filio dei est et non: sed est quod quotquot promissiones
 dei. scilicet sunt facte hominibus in illo: id est in christo est. id est in christo ve-
 rificantur et complentur. Ro. 15. Dico iesum christum ministrum fuisse
 se etc. Ad firmandas etc. Ex his ergo concludit quod postquam dea sua
 vera sunt quod predicat filium dei in quo est veritas. ideo et per
 ipsum. scilicet christum dicimus. Amen deo est verum. Apoc. 1. Nec dicit
 amen testis fidelis etc. Esa. 65. Qui benedictus est in terra
 benediceat in deo amen etc. Et ista veritatem dicimus deo. id est ad ho-
 nozem dei. scilicet manifestates eius veritatem et gloriam nostram: quod
 gloria nostra est conuersio vestra. vel gloria vestra: quod gloria
 nostra est ostendere et predicare verbum dei.

Consequenter cum dicit. (Qui autem confirmat nos etc.) per-
 bat apostolus quod non est mentitus per causam efficientem sic. licet. n. homo
 ex libero arbitrio possit uti lingua sua ad verum vel ad fal-
 sum loquendum. nihilominus tamen deus potest confirmare homines sic
 in vero: ut non nisi vera loquantur. Si ergo deus aliquem confirma-
 ret in vero manifestum est quod non diceret falsum. sed deus con-
 firmat nos in veritate. ergo etc. Et ideo dicit quod deus est qui confir-
 mat nos nobiscum in christo. id est in vera predicatione christi quasi di-
 cat. Si christus esset extra nos possemus mentiri: sed ex quo est
 nobiscum et nos sumus in christo non metimur. ps. Ego firmavi
 columnas eius etc. Sumus ergo in christo dupliciter. scilicet per gratiam
 et per gloriam. per gratiam quod sumus in quantum vncti sumus spiri-
 tus sancti gratia et effecti sumus membra christi et iuncti sibi: qua
 etiam gratia christus vnctus est secundum quod homo. ps. Unxit te deus etc. Et ex
 plenitudine istius vnctionis redundauit in omnes suos. sicut yn-
 guentum in capite. scilicet christo quod descendit etc. Et ideo dicit quod yn-

xit nos deus vnxit in reges et sacerdotes Apoc. 5. Scy-
 cisti nos deo etc. id est. per. z. Nos autem genus electus etc. Unio-
 nem autem que est per gloriam non habemus in re sed in spe certam
 in quantum habemus firmam spem vite eterne. Et habemus
 duplicem certitudinem spei huius vnionis consequente.
 Una est per signum. Alia per pignus. Per signum euidentem: quod si
 dei. Unde dicit. Signauit nos signo filii dei christi. Ite signum
 crucis etc. 9. Signa thau. id est. signum crucis Apoc. 7. Quoad
 usque signem seruos dei nostri etc. Et hoc per spiritum sanctum
 Ro. 8. Si quis spiritum christi non habet etc. Et ideo speciale et certum
 signum est vite eterne consequente figurari christo. Lan. 8. Pone
 me ut signaculum etc. Vel signauit signo vite. per pignus vero
 maximus: quod spiritus sancti. et ideo dicit. Dedit pignus spiritus
 in cordibus nostris. De quo certum est quod nullus potest eum accipere a
 nobis. Sed nota in pignore duo sunt consideranda. scilicet quod
 faciat spem habere rei et quod valeat tamen quantum valet res vel
 plus. et hec duo sunt in spiritu sancto. quasi considerem sub-
 stantiam spiritus sancti sic valet tamen spiritus sanctus quantum vita
 eterna quod est ipse deus. quod. scilicet. valet quantum omnes tres persone.
 Si vero consideret modum habendi sic facit spem: et non posi-
 sessionem vite eterne. quod non dum perfecte habemus ipsam in vi-
 ta ista. Et ideo non perfecte beati sumus: nisi quando perfecte ha-
 bebimus in patria. ephe. 1. Signati estis spiritu.

Consequenter cum dicit. (Ego autem testis etc.) Excusat se de
 eo quod non venit. et hoc per iuramentum quod maius est. Et circa hoc
 tria facit. Primo ponit suam excusationem. Secundo respon-
 det tacite questionem ibi. (Non quis dominamur.) Tertio
 exponit quod dicit ibi. (Nam fide statis.) Excusat autem se per
 iuramentum duplex. Unum attestacionis cum dicit. Ego autem
 testis dei iuoco. Aliud est execrationis cum dicit. In animam
 meam. id est. contra animam meam Ro. 1. Testis est mihi deus etc. Testis
 in quantum iuoco deum quia non veni ultra: id est post primam vice
 vel postquam discessi a vobis. et hoc feci parcens vobis. scilicet quia
 ipse sciebat eos incorrigibiles. vni si iuuisset tunc aut puniisset:
 et sic forte recessissent totaliter a fide. aut non puniisset: et sic
 dedisset occasionem magis peccandi. Sed quia aliquis posset di-
 cere quare dicis. parcens vobis. Numquid dominus noster
 estis: ideo consequenter hoc remouet dicens. Non dico quia
 dominamur fidei vestre sed adiutor etc. quasi dicat non di-
 co huiusmodi dominus sed ut coadiutor. id est. per. 5. Non. n. dominan-
 tes in clericis etc. Adiutor in quantum gaudium vestri vel emendationis
 vestre. Quare autem dicat fidei vestre exponit consequenter
 ter dicens. Nam fide statis: id est statis in gratia ista christi
 super fidem. CAP. II.



Tarui autem hoc ipsum apud me.
 ne iterum in tristitia venirem ad
 vos. Si enim ego contristo vos. et
 quis est qui me letificet nisi qui con-
 tristatur ex me? Et hoc ipsi scripsi
 vobis. ut non cum venero tristitiam super tristitiam ha-
 beam. de quo oportuerat me gaudere. confidens in
 omnibus vobis quia gaudium meum omnium
 vestrum est. Nam ex multa tribulatione et angus-
 tia cordis scripsi vobis per multas lachrymas.
 non ut tristemiini sed ut sciatis quam charitatem
 habeam abundanter in vobis.

Apostolus supra posuit excusationem in generali de mora
 eundi ad corinthios: hic vero insinuat causam tante morae: et
 quomodo eis pepercit. Circa hoc autem duo facit. Primo
 enim insinuat vnam causam dilationis fuisse ne in aduen-
 tu suo tristitiam inferret eis. Secundo ostendit alias cau-
 sam fuisse ne fructus quem apud alios sperabat et iceperat

facere ipediret ibi. (Cum venissem autem etc.) Circa primum duo facit. Primo ostendit causam dilationis esse in causa tristitia inferret. Secundo loquitur in speciali de quodam qui eum contristauerat ibi. (Si quis autem contristauit me.) Circa primum tria facit. Primo assignat rationem quare venire distulit. Secundo causas dicit assignat. (Si enim ego contristatus etc.) Tertio manifestat quod dicit ibi. (Nam ex multa tribulatione.) Dicit ergo dicit quod non venit ad vos parcens vobis. in hoc. scilicet quod noluit vos contristare: et ideo statuit: id est firmiter disposuit hoc ipsum apud me quod proposui cum aliam epistolam misi. Ecc. 37. Ante omnia verbum verum etc. Ne itaque alia vice in tristitia venirem ad vos. id est vos contristem. Et ratio quare noluit eos contristare est illa qua dominus noluit ieiunare discipulos suos. scilicet ad hoc ut amore et non timore afficerentur ad christum et iungerentur sibi. Voluit enim eos dominus firmare et nutrire in fide in omni dulcedine et desiderio cordis. et sic firmari ex amore non de facili euellerentur propter tribulationes quod aque multe non poterunt extinguere charitatem. Cant. 8. Sicut apulus non vult eos propter hoc contristare. Rationem huius dicit. scilicet quod non vult eos contristare assignat cum dicit. (Si enim ego tristatus etc.) Et circa hoc duo facit. Primo assignat causas quare noluit eos contristare. Secundo manifestat quare hoc significauit ibi. (Et hoc ipsum scripsi.) Dicit ergo. Ratio quare noluit in tristitia venire est: quod tristitia vestra redundat in tristitia meam. et de consolatione vestra gaudeo. et solum vos consolamini me cum sum apud vos unde si venirem et contristarer vos ego ex tristitia vestra tristarer: et sic nullus esset qui letificaret me in vos qui contristamini ex me quod contristatus non de facili alius consolatur. Prover. 10. Filius sapiens etc. puer. 29. Vir qui amat sapientiam etc. Vel aliter est duplex tristitia. Una seculi alia finem deum que penitentiam in salutem operat. Apulus non loquitur de prima sed de secunda. Et dicit ex hoc ipso ego consolabor si tristatus vos. id est si increpando reducat ad penitentiam: sed si venirem et viderem vos non penitere de peccatis tunc nullam consolationem haberem. quod nullus contristat et penitet ex me. id est mea correptione et increpatione. Causa autem quare hoc scribo vobis est. ut ita disponatis vos: quod quando venero non habeam tristitiam de eo quod viderem vos incorrectos super tristitiam quam habui quando audivi vos peccasse. Et circa hoc duo facit. primo ponit ammonitionem. Secundo speciat de impletione ammonitionis ostendit ibi. (Consolans etc.) Ammonitio est ista. Ideo scripsi vobis hoc. scilicet quod tristatus de peccato vestro commissio. scilicet peccati. Iniquis operibus animas iusti cruciabantur etc. Ut paretis et disponatis vos corrigendo ut cum venero ad vos non habeam tristitiam de peccatis de quibus scribo vobis oportuerat me gaudere. id est debebam letari: et non contristari. scilicet de penitentia vestra. Luc. 15. Gaudium est angelis dei etc. Quale autem spem habeat de impletione sue ammonitionis subdit dicens. Consolans etc. quasi dicat. hanc fiduciam habeo de vobis taliter disponi vos. ut cum venero omnes detis mihi meum gaudium et hoc debetis libenter facere: quia gaudium meum etc. id est cedit ad gaudium vestrum. vel est propter gaudium vestrum quod habetis de recuperatione gratie. i. Thim. 2. Quod est gaudium meum etc. Ro. 12. Gaudete cum gaudetis etc. Sed quod posset aliquis dubitare de hoc quod dicit. Ne cum venero tristitia super tristitiam habeat et querere quam tristitiam habuit de eis: id est sequetur hoc exponit dicens. Nam ex multa tribulatione etc. Et circa hoc duo facit. Primo manifestat tristitiam iam dudum habitam. Secundo respondet cuidam tacite questioni ibi. (Non ut contristemini etc.) Dicit ergo primo. quod haberem tristitiam si non inuenirem vos correctos super tristitiam quam habui quando peccatis et oportuit me contristare vos redarguendo dure. Nam ex multa tribulatione et angustia cordis scripsi primam epistolam per multas lacrimas quas fudi pro vobis iam mortui pro peccato. Jere. 9. Quis dabit capiti meo aquas etc. Ecc. 22. Confusio est patri de filio idisciplinato. Eia. 57. Justus perit et non est

qui recogitet etc. Sciendum est autem quod duo ponit ad exaggerationem tristitie. tribulationem. scilicet et angustiam quod vnum additum alteri aggrauat tristitiam. Nam aliqui quando tribulantur. sed sine angustia tunc. scilicet quando aliqui aduersitate quasi acutissimo tribulo punguntur. et tamen vident sibi patere vias euadendi. quod si non pateat tribulationi angustia iungitur. Dicit ergo ex multa tribulatione qua pungebatur de malo vestri et angustia cordis. quod non videbam vnum de facili posset ponit remedium. Scripsi etc. ps. Tribulatio et angustia inuenerunt me. Sed quod posset dicere. O apostole etiam hec scribis nobis. ut tristemur. et id est bene remouet dicens. Non ut contristemini. scilicet scribo vobis illa: sed ut sciatis quam charitatem habeam in vobis. Duo enim sunt signa dilectionis. scilicet quod gaudeat quis de bono alterius et tristetur de malo eius: et hec ego habeo ad vos infra. 5. Charitas christi urget nos. Abundantius quam credatis. vel abundantius quam ad alios. **Lectio.** II.

Siquis contristauit me: non me contristauit: sed ex parte ut non onerem omnes vos. Sufficit illi qui eiusmodi est oburgatio hec que fita pluribus. ita ut econtrario magis donetis et consolamini. ne forte abundantiori tristitia absorbeat qui eiusmodi est. Propter quod obsecro vos. ut confirmetis in illum charitatem: Ideo enim et scripsi vobis ut cognoscam experimentum vestrum. an in omnibus obedientes sitis. Cui autem aliquid donastis. et ego. Nam et ego quod donavi. si quod donavi propter vos in persona christi. ut non circumueniamur a satana. Non enim ignoramus cogitationes eius.

Consequens apostolus insinuauit causam dilationis ne. scilicet tristitia inferret: et de eius contristatione tractauit. hic sequenter tractat de tristitate. Et circa hoc tria facit. Primo enim exaggerat culpam contristantis. Secundo penam eius pro culpa infligit ibi. (Sufficit illi etc.) Tertio hortatur eos habere misericordiam ad contristantem ibi. (Ita et econtrario etc.) Dicit ergo primo. scripsi vobis per multas lacrimas quas fudi propter tristitiam conceptam et propter penam infligendam peccanti. Sed si quis contristauit me ille. scilicet fornicarius de quo dicit. i. cor. 5. Dio audistis iter vos fornicatio etc. Iste inquit et si contristauit non contristauit me sed ex parte. id est non contristauit me. scilicet solum sed vos et nos. Non omnes sed ex parte. Et hoc dico non ut onerem vos omnes: id est ut vobis hoc omnibus non imponam derisorie loquendo quasi dicat. non ita estis boni et diligitis me quod pro tristitia mea et pro peccato fratris omnes doleatis. Vel ut onerem omnes vos non tamen illos quod non doluerunt de peccato. Vel aliter dicens dum et melius. Non me contristauit sed ex parte etc. Sciendum est enim quod aliquis aliquando tristatur totaliter et aliquando non totaliter. Totaliter quidem tristatur quod quando pro tristitia absorbetur a dolore. et hec tristitia est que morte operatur ut dicit. infra. 7. Que quidem finem per se non cadit in sapientem. Non totaliter autem tristatur quis quando licet ex aliquo malo quod patitur seu videtur fieri tristatur: tamen ex alijs causis bonis gaudet: et ista tristitia est finem deum et cadit in sapientem. Quia ergo apulus dicit se contristatum ne credatur totaliter a tristitia absorptus quod non est sapiens. dicit se contristatum ex parte quasi non totaliter. Et finem hoc legitur sic. Contristauit me. scilicet fornicarius propter peccatum suum: sed non me contristauit totaliter: quod licet in ipso pro peccatum habuerit tristitiam: tamen in vobis pro multa bona que facitis et in ipso pro penitentia quam fecit habeo gaudium. Et dico ex parte ut non onerem omnes vos id est ut non imponam vobis

Ad corinthios II.

hoc onus: q. s. contristaueritis me. Sed ne isti pp tristitia apli adhuc vellent eum magis punire: ostendit eis penam sufficentem fuisse dicens. Sufficit illi q. cuiusmodi est: q. s. contristauit me tam grauius peccando: obiurgatio q. fit a pluribus. i. tam manifesta et dura correctio: scz q. separatus fuit ab omni coione. idest excoicatus ab ecclesia et traditus sathane: vt bñ i. Lozin. 5. Est ergo sufficiens hec pena. ppter dictas causas. Vel pot dicit sufficiens no qm ad dei iudiciu: sed qm expediebat tpi et persone. Melius. n. est sic seruare lenitatis spm in corrigedo: vt p penitentia correctiois fructus sequatur. q. si durius corrigat: et desperet peccas. et maioribus peccatis imergatur. Et io dñ. Eccl. 21. Obiurgatio et iuriæ annullabunt substantia. Quia q. pena sufficiens fuit et penitentia egit. io cosequenter iducit eos ad miserendum dicens. Ita vt ecotra magis re. Ubi tria facit. Prio mandat vt ei: scz peccati peant. Secudo huius ronez assignat ibi. (Ne forte re.) Tertio iducit eos ad obseruatiã huius monitionis ibi. (Propter qd re.) Dicit ergo pmo. Dico q. sufficiens pena est illi. et intantũ vt veliz vt ecotrario magis donetis. i. remittatis. Luc. 6. Dimittite et dimittet vobis. Eph. 4. Donates iuice sicut et deus in xpo donauit vobis. Et no solu donetis: sz qd plus est cõsolemini. et hoc pponẽdo sibi exẽpla peccantiũ: q. restituti sunt ad statũ gratie. sicut dicitur de dauid. petro. paulo. et magdalena. et p verba dei. Eccl. 18. Nolo mortem peccatoris re. i. Theb. vlti. Corripite inquietos solamini pusillanimes re. Rõnem aut huius ammonitionis subdit. Ne forte abundantiori tristitia absorbeat q. cuiusmodi est. Alijs eni ppter peccatum et penã peccati aliqñ sic mergit tristitia q. absorbeat: diu nullum habz solatorẽ: et hoc e malũ. qz no segtur ex h penitentie fructus q. sperat. s. correctio: sed potius desperas tradit se oibus peccatis sicut cayn cũ dixit. Maior e iniquitas re. Hen. 4. Et ephe. 4. Qui desperates tradiderunt se re. Et propter hoc dñ. z. Reg. 2. q. periculosa res est desperatio. Et ideo dicebat dauid in. ps. Neq. absorbeat me re. Et io ne hoc rtingat dicit. Consolemini: vt. s. cessz a peccato. Esa. 27. Vic e ois fructus vt auferat peccatu. Cõtra. aplis no solu p rõnem: sed ex alijs causis iducit eos ad hoc cum dicit. Propter qd obsecro re. Et iducit eos a tribus. Pmo precibus dicens. Propter qd. s. ne absorbeat obsecro q. possuz precipere. Phylem. Multa fiducia habes in xpo iesu iperã di tibi re. Contrarium faciunt mali plati. Eccl. 34. Cum aueritate impabatis eis re. Ut confirmetis in illum charitatem. Qd fit si ostenditis charitatẽ vram ad euẽ et no abominamini eum p peccatã nec rtenitis. sed pp solationẽ vraz facitis eum habere odio pctũ suũ et diligere iusticias. Luc. 22. Et tu auersus cõfirma fratres tuos re. Secdo precepto dicens. Jo. n. scripsi b. s. vt cognoscã experimẽtũ vram an in oibus obediẽtes sitis. Et dicit in oibus. s. siue in his q. placet vobis. siue in his q. displicet. Prio. n. madauerat eis q. excoicarent eum et isti fecerunt madautũ apli. nũc vo scdo mandatis eis q. peant. Et io dicit. An in oibus obediẽtes sitis. Tertio ex cõmemoratiõẽ bñficiũ cũ dicit. Cui aut re. Quia si dicit. vos debetis hoc facere. qz etiaz ego feci. Si. n. vos remisistis alicui et rogastis me q. ego remittere et ego remisi. Et h e qd dicit. Cui aut aliqd donastis vos et ego. s. donauit. Et h p. C. Naz et ego qd donauit re. Ubi quatuor taguntur ad hõ donationẽ seu remissionẽ necessaria. Primus e discretio vt. s. no passim et temere remittat. Et io dicit. Si quid idebito modo. puer. 4. Palpebre tue pcedat re. Secundum finis: qz no ppter amorẽ vel odiũ debet fieri. sed ppter vtilitatẽ aliquã ecclesie vel aliquoz. Et ideo dicit. Propter vos. Tertiu e auctoritas. qz no dz fieri auctoritate ppta: sed xpi. q. remittit peccata auctoritate: aly vo qbõ commissum e ministerio et sicut mēbra xpi. Et io dicit in pso

na xpi. s. no mea auctoritate. Et tñ qd cũq. remittet xps remittit. Joan. 20. Quoz remiseritis peccata re. Quartus e necessitas. Unde dicit. Ut no circuuiamur a sathana. Diabolus eniz multos decepit: quosdã. s. trahedo ad peccatoz ppetrationẽ. quosdã vo ad nimia rigiditatem cõtra peccates. vt si n. pt eos hñe p ppetratõẽz facioz: saltẽ pdat quos iam hz p prelatoz austeritatẽ: q. eos no misericorditer corrigetes in desperationẽ iducit: et sic et hos non pdit et illos dyaboli laqus icludit. Eccl. 7. Noli esse nimis iustus. i. pe. 5. Aduersarius vester dyabolus re. Et h rtingeret nobis si no remittam peccatibus. Et io vt no circuuiamur a sathana: ego donauit si qd donauit. No eni ignoramus cogitãõẽ eius. s. sathane vcz est in gñali. sed i speciali nullus potest scire eius cogitationes nisi solus deus. Job. 41. Quis reuelauit faciem idumenti eius re.

Lectio.

III.

Cum venissem autem troadem propter euangelium christi. et ostium mihi apertum esset in domino: non habui requiem spiritui meo: eo quod non inueni titum fratrem meum: sed valefaciens eis profectus sum in macedonias. Deo autem gratias qui semper triumphat nos in christo iesu et odorem noticie sue manifestat per nos in omni loco: quia christi bonus odor sumus deo in his qui salui fiunt. et in his qui pereunt. Alijs quidem odor mortis in morte. alijs autem odor vite in vitas. Et ad hec quis tã idoneus? Non enim sumus sicut plurimi adulterates verbum dei: sed ex sinceritate sicut ex deo coram deo in christo loquimur.

Posita prima causa sue dilationis: ne. s. cum tristitia iret ad eos: hic ponit causas scdam que e ex fructu que alicubi faciebat. Et circa hoc duo facit. Pmo ponit sui itineris pcessum. Secdo ipsius pcessus effectum ibi. (Deo autem gratias re.) Circa primus duo facit. Prio ostendit impedimentum fructificandi qd habuit in troade. Secdo subiungit pcessum suum in macedonia ibi. (Sed valefaciens re.) Dicit g. (Cum venissem troadẽ pp euãgelium. i. ad pdicandũ xps. Job. 15. Posui vos vt eatis re. (Et hostium mihi apertũ eẽt. i. mētes hominũ parate et disposite essent ad recipiendum pdicatiois verba et xps. i. Lozi. 10. Ostium mihi apertũ e re. Apoc. 3. Ecce sto ad ostium re. sed no in quocũq. imo in ostio: qz ipa pparatio mentis humane e ex v̄tute diuina. Naz licz facilitas qua mētes pparant sit cã auersionis tñ ipsi facilitatis et pparationis cã e deus. Tren. vlt. Conuerte nos dñe ad te et auertemur. Cũ inq. ita esset apertũ mihi ostium i domino no habui requiem spiritui meo: idest no potui facere. qd spūs meus volebat: idest dictabat. Tunc. n. dñ. habere spiritus requiem qñ efficit qd vult. sicut tũc dñ. caro requiescere quãdo habz qd concupiscit. Luc. 12. Anima mea habes multa bona re. Apostolus no dicit. no habui requiem carni mee vel corpori: sed spiritui meo: idest volũtati mee spirituali: que est vt christum firmem in cordibus hominum. Et impeditur: qz videbat corda parata et disposita et no poterat predicare. Sed quare no habuit requiem spiritui suo subdit. Eo q. no inueni titum fratrem meum: idest ppter absentiam titi: et hoc duplici de causa. Una cã est: q. licet apostolus sciret oēs linguas: ita vt diceret. Gratias ago deo meo q. omniuz vestrum lingua loquor: tamẽ magis expeditus: et edoctus erat in lingua hebreã q. in grecã

Titus autem magis in greca. Et ideo volebat eum habere presentem ut predicaret in troade. Et quia erat absens. nam corinthii detinuerunt eum: dicit. Non habui requiem spiritui meo. sed quia dona dei non sunt imperfecta et donum linguarum fuit specialiter apostolis collatum ad predicandum per totum mundum. In omni terra exiit sonus eorum. Et ideo alia causa est melior que est quia apostoli iminebant in troade multa facienda. Nam ex una parte iminebat ei predicare his qui parati erant recipere christum per fidem. ex alia parte iminebat ei resistere aduersariis qui impediebant. et ideo: quia ipse non poterat solus ista facere angustia de absentia titi qui istetisset predicandi et conuersioni bonorum et apostolus restitit aduersariis. Et specialiter etiam hoc scribit eis ut inuadant non solum prima causa dilationis sue fuit ex eis. sed etiam scilicet. Nam ipse propter duriciam et dissensionem eorum detinuerat tanto tempore titum. et ideo dicit. Ego quia non inueni titum fratrem vel in christo. vel coadiutorum. puer. is. frater qui inuadit a fratre. Et quia non inueni titum in troade non remansit ibi. sed ualefaciens eis qui erant conuersi: et in quibus ostium apertum erat perfectus sum in macedonia ubi credebatur eum inuenire. Causa autem essendi in macedonia legitur Act. 16. ubi dicitur quod uir macedo. etc.

Consequenter cum dicit. Gratias autem deo. etc. Ponit perfectum sui processum. Et circa hoc duo facit. primo. n. describit ordines sui processum. Secundo excludit ab isto processu pseudo apostolos ubi. Ad hoc quod tam idoneus. etc. Circa primum duo facit. primo insinuat perfectum quem faciebat. Secundo exponit quoddam quod dixerat ibi. Christi bonus odor. etc. Circa primum sciendum quod apostolus perfectum et fructum quem faciebat non attribuit sibi neque proprie virtuti sed deo. i. Cor. 15. Abundantius omnibus laboraui non ego: sed gratia. etc. Et ideo dicit. Gratias autem deo: scilicet ago. i. thes. 5. In omnibus gratias agite. Ephe. 5. Gratias agite. etc. Qui semper triumphat in christo iesu. i. triumphare nos facit in predicatione christi contra aduersarios. Ubi sciendum est quod predicatorum uirtutis duo debet facere. scilicet exhortari in doctrina sacra. et tradicere deuincere. et hoc dupliciter. disputatione hereticos. patientia uero persecutores. Unde per ordines ista tangit hic apostolus. et ideo dicit. Qui triumphat nos contra tradicentes. Ro. 8. In his omnibus superamus. Et. i. macha. z. Non in fortitudine exercitus uictoria belli: sed de celo. etc. Et odor notice sue manifestat per nos in omni loco. quantum ad exhortationem sacre doctrine. Sed odor notice sue exponit gloriam. id est filium suum. sed melius est ut hoc dicat ad differentiam notice de deo quam faciunt alie scientie et quam facit fides. Nam noticia de deo quam habet per alias scientias illuminat intellectum solum ostendens quod deus est causa prima: quod est unum et sapiens. etc. Sed noticia de deo quam habet per fidem et illuminat intellectum: et delectat affectum: quia non solum dicit quod deus est causa prima. sed quod est saluator noster. quod est redemptor. et quod diligit nos quod est incarnatus pro nobis: quod omnia affectum inflamant. Et ideo dicitur quod odor notice sue. i. noticia sua suauitatis credenti pro nos in omni loco manifestat. quia iste odor longe lateque diffunditur. Ecc. 4. 24. Ego quasi uitis fructificauit. etc. Hebr. 27. Ecce odor filii mei. Quia uero aliquid possent dicere quid est odor dei in omni loco. nam multa loca sunt in quibus non recipitur predicatio nostra. ideo apostolus exponit dicens. Non curio quod siue recipiant predicationem siue non: tamen noticia dei manifestat ubi quod pro nos. quia sumus bonus odor christi deo. i. ad honorem dei. et loquitur ad similitudinem legis ubi dicitur quod sacrificium fiat in odorem suauitatis suauissimum deo. quasi dicat. Nos sumus bonum locustum. quod offerit deo in odorem suauitatis. Et tamen in his qui salui sunt: ut scilicet non pereant: quod est eis a deo. quod in his qui pereunt quod est eis ex seipsis. Ubi dicitur. 13. Perditio tua israel ex te. Sed est ne odor bonis et malis eodem modo. Non. sed alius quod est odor mortis in morte: id est inuidie et malitie occasionaliter ducetis eos in mortem eternam illis: scilicet qui

uidebant bone fame apostoli et impugnabant predicationem christi et conuersionem fidelium. Luc. 2. Positus est hic in ruinam et in resurrectionem. Alius autem odor uite dilectionis et bone opinionis ducetis eos in uitam eternam. scilicet illis qui gaudent et conuertuntur ad predicationem apostoli. i. Cor. 1. Verbum crucis pereuntibus. etc. Vis autem qui saluum. etc. Sic ergo ex odore apostoli boni uiuunt: mali moriuntur. sicut legitur quod ad odorem uinearum florescunt moriuntur serpentes.

Consequenter cum dicit. Sed ad hec quod tam idoneus. etc. excludit ab isto processu pseudo apostolos dicens. Quis est tam idoneus ad ista. scilicet que nos apostoli veri facimus. Quasi dicat. Nullus. ps. Nimis honorati sunt amici tui deus. Sed contra puer. 27. Laudet te alienus. etc. Ad hoc respondet gregorius super ezechiel. quod sancti duplici ex causa seipsum laudant: et non propter gloriam suam et uanitate. Prima causa est ut non desperent in tribulationibus: sicut Job qui amici nitebant eum ad desperationem inducere: reduxit ad memoriam suam bona que fecerat. ut confortatus non desperaret. Unde dicebat. Depigi fedus cum oculis meis. etc. Legit etiam de quodam sancto patre quod quando tentabat de desperatione reducebat ad memoriam bona que fecerat ut confortaret. quando tentabat de superbia: reducebat ad memoriam mala ut humiliaret. Secunda causa est propter utilitatem. scilicet habere in maiori fama: et citius crederetur doctrine sue. Et propter hanc causam hic apostolus laudat se. Nam corinthii preferbant sibi pseudo apostolos et contemnebant eum. et ideo non sic obediebant sibi. Ut ergo non uilipenderet eum: sed obediret sibi: profert se eis et laudat se et dicit. Sed ad hec quod tam idoneus sicut nos: non pseudo: quia licet ipsi predicent: tamen adulterant uerbum dei quod nos non facimus. Ubi dicit. Non sumus sicut pluri mihi. pseudo adulterantes uerbum dei admiscendo contraria sicut heretici: qui licet confiteantur christum: tamen non dicunt eum esse uerum deum: sic faciunt pseudo: quod dicit eum euangelio debere obseruari legalia. Item non adulterantes uerbum dei. i. predicantes uel propter quantum uel propter fauorem laudis. Sic enim mulieres adultere dicuntur quando recipiunt semen ex alio uiro ad propagationem plis. In predicatione autem semen nihil aliud est quam finis seu intentio tua uel fauor glorie proprie. Si ergo finis tuus est questus si intentio tua est fauor glorie: proprie adulteras uerbum dei. Hoc faciebant pseudo: quia propter questum predicabant. infra. 4. Neque adulterantes uerbum dei. etc. Apostoli autem predicabant neque propter questum neque propter gloriam propriam. sed propter laudem dei et salutem proximi. Et ideo subiungit. Sed ex sinceritate. i. sincera intentione: non pro questu et sine admixtione corruptionis. supra. i. Ex sinceritate. etc. Ponit autem triplicem rationem huius sinceritatis. Prima ratio sumit ex dignitate mittentis. Nuncium enim ueritatis decet uera loqui. Et ideo dicit ex deo id est illa sinceritate que est digna nuncio dei. i. pe. 4. Si quis loquitur quasi sermones dei. Secunda sumit ex auctoritate prelati cui astat. Ideo dicit. Coram deo coram quo ex sinceritate loqui debemus. 3. reg. 17. Uinit dominus in cuius respectu sto. etc. Tercio sumitur ex dignitate matris de qua loquitur. Nam predicatio apostolorum est de christo. et ideo debet esse sincera: sicut et ipse deus et christus. Et ideo dicit. In christo solum non de legalibus ut pseudo faciunt. i. Cor. 2. Neque estimauit me scire aliquid inter uos nisi christum et hunc crucifixum.

CAP.

III.



Incipimus iter nosmetipsos commedare. Aut nescimus quid egemus sicut quodam comedatitius epistolis ad uos aut ex uobis. Epistola nostra uos estis scripta in cordibus nostris: que scitur et legitur ab omnibus hominibus manifestati: quoniam epistola estis christi ministra.